

SUMMARIUM.

- 1 Ornamenta Ecclesie à quo de jure sit providenda.
- 2 Fabricæ redditus annorum præteritorum expendendi pro ornamentis.
- 3 Fabricæ redditus venturi satisfaciunt expensas jam factas in Ecclesiis.
- 4 Constitutio Synodalis, si extet, circa expensas ornamentorum Ecclesie, est servanda.
- 5 Consuetudo est attendenda in provisione ornamentorum Ecclesie.
- 6 Consuetudinis tria requisita necessaria. Et quæ?
- 7 Beneficiatus habens pingue beneficium tenetur ad ornamenta.
- 8 Expense pro ornamentis Ecclesie quando præferenda alimentis beneficiati? Vel de contra.
- 9 Populus quando cogendus ad expensas pro ornamentis Ecclesie?
- 10 Patronus Ecclesie an debeat providere de novis ornamentis?
- 11 Patronus si non provideat Altare de necessariis, privatur jure patronatus.
- 12 Episcopus quando suis expensis teneatur providere Ecclesias de ornamentis?
- 13 Capellanus an cessare possit à celebratione, ut ornata ornamenta Altaris?
- 14 Ornamentorum Ecclesie nomine veniunt reparatio ejus, domus Capellani, reconciliatio oleum pro Lampade, & aliæ expensæ necessarie.
- 15 Cæmeterii expensæ spectant semper ad Parochianos.
- 16 Consuetudo in Diocesi Patavina pro expensis Ecclesiarum varia.
- 17 Parochus de jure est obligatus ad expensas Altaris majoris, & unius Campanæ.

EX firmatis in præcedenti decisione, litare non licet in Ecclesia, vel Altari, quæ non habeant sufficientia ornamenta; vel à fundatoribus, vel aliis piis personis donata. Verùm quia cursu temporis suppelleçilia Ecclesiastica usi consumuntur, & ad novas donationes faciendas charitas refrigerat; ideo sæpe dubitare, & litigare contingit, ad quem de jure spectet providere de necessariis ornamentis Ecclesie, vel Altaris pro Sacrificio? An ad Rectorem Ecclesie? sive Capellanum? An ad Patronum? An ad Populum? An ad alios? Quapropter hanc questionem hic examinare decrevi, & materiam expensarum pro ornamentis Ecclesie, ac Altaris dilucidare, quæ etiam deservire poterit pro reparatione Ecclesie, Cæmeterii, Campanilis, & Domus Parochialis; frequentia enim summi jurgia inter populos, & Parochos, præcipue rurales, pro his rebus Ecclesiasticis restaurandis, renovandis, & amplificandis.

Pro intelligentia dicendorum præmittendæ, & notandæ sunt octo Regule in jure certissime.

Prima est, quod ubi agitur de expensis faciendis in ornamentis prædictis, inspicere oportet, an Ecclesia, vel Altare habeat redditus annuos pro fabrica, seu dote ab initio assignatos; ut docuimus supra Decif. XL à num. 27. & seq. quibus stantibus nullus est molestandus, sed de ipsa dote, seu fabrica faciendæ sunt expensæ necessarie, juxta Glossam in cap. 1. & ibi DD. De Eccl. edificand. Capellam Tolosan. Decif. 100. aliis 409. & ibi Auzer. in addition. Paulum de Cittadinis de Jurepatron. p. 6. art. 5. q. 5. num. 3. Lambertinum eod. tract. lib. 3. q. 7. per totam; ac Sperellum, alios cumulantes Dec. LXVII. n. 1. Et casu quo pecuniæ ex ipsa fabrica, seu dote annis præteritis exactæ non sufficiant ad ornamenta prædicta renovanda; si Rector Ecclesie, vel Capellanus Altaris voluerit

expendere de suo, & supplere numerum deficientem, poterit se reimbuare de redditibus ejusdem dotis, seu fabricæ annis futuris exigendis, juxta responsum Rebuffi resp. 123. per tot. ad doctrinam Navarii de Spoliis Cleric. §. 10. in fine, nec non Cenedi in Collect. Decret. collect. 153. sub num. 3. quam approbat idem Sperellus Decif. LXXVIII. num. 23.

Secunda Regula est: quod cessante dote, vel redditibus fabricæ inspicatur, an extet Constitutio Synodalis, seu statutum, aut lex particularis illius Ecclesie, vel Diocesis circa provisionem ornamentorum Ecclesie, aut Altaris? ea enim esset servanda; & juxta illius dispositionem providendum, ut scribit Abbas in cap. 1. num. 3. De Eccl. edificand. & Berous conf. 13. num. 3. & 4. vol. 1.

Tertia Regula. Deficiente lege scripta recurrendum est ad consuetudinem, quæ omnino est servanda; ut nempe ii, qui ad expensas prædictas ornamentorum concurrere solent, compellendi sint, nemine excepto. Capell. Tholosan. & ibi Auzerius d. Decif. 600. Belletus d. Cleric. debitor cap. 13. n. 3. & 4. Genens. in præc. Curie Neapolit. cap. 109. in fin. Rota p. 1. recent. Decif. 627. num. 1. & Sperellus d. Decif. 67. num. 3. Consuetudo autem est probanda cum illis tribus necessariis requisitis, quæ sunt, actum frequentia, temporis diuturnitas, & voluntarius populi consensus Azor. in Summ. Cod. Que sit longa consuetudo. Abb. & alii in cap. fin. de Consuetud. Rota p. 1. rec. Decif. 255. num. 4. & p. 2. Decif. 407. num. 2.

Quarta Regula. Quod si de consuetudine aliqua non constet; observandum est, an Ecclesia, seu Altare habeat pingues redditus pro alimentis Rectoris, seu Capellani; tunc enim reservatis necessariis ad eorumdem congruam sustentationem, quod superest debet expendi in provisione ornamentorum, quibus indiget Ecclesia, vel Altare. cap. fin. 12. q. 1. cap. 1. & cap. 4. & cap. De bis. De Eccl. Edific. Surdus conf. 62. per totum vol. 1. Sperellus plurimos allegans d. Decif. 67. num. 4. & 5. ubi num. 6. advertit, detrahendos esse fructus pro sustentatione Rectoris Ecclesie, vel Capellani, dummodo aqualiter residant, & intersit Ecclesie, vel Altari; quia si eorum tituli essent simplicia beneficia absque alio onere, vel cum modica obligatione; alimenta non sunt ipsis beneficiatis reservanda; sed provisio ornamentorum est præferenda, uno excepto casu; si ad illum titulum essent ad Sacros Ordines promoti; tunc enim, ne cum dedecore clericalis status cogantur mendicare, fructus pro congrua sustentatione deberent habere. Surdus d. conf. 62. num. 11. & seq. Ripa resp. 1. de Consuetud. num. 6.

Quinta Regula. Si autem fructus beneficii non sint pingues; sed ita tenues, ut sufficere non possint ad sustentationem Rectoris Ecclesie, seu Capellani Altaris, & ad provisionem pro ornamentis; in hoc casu si Ecclesia est Parochialis, & libertæ collationis; compellendus est populus ad expendendum pro rata in ornamentis; quod si sit Jurispatronatus, debet Patronus ad expensas hujusmodi concurrere, juxta decretum Concilii Tridentini sess. 21. de Reform. cap. 7. etiam si alias dedisset dotem, sed fuisse deperditam, ut ex doctrina Lambertini de Jurepatron. lib. 3. q. 7. art. 5. docent Genens in Manuali Pastor. cap. 36. n. 1. in fine. Loterius lib. 1. q. 31. num. 19. & Sperellus d. Decif. 67. num. 10. 11. & 12. nec non Decif. 68. num. 11. & 12. & ibi Leo in Theaur. fori Eccl. part. 2. cap. 16. num. 18. ac etiam Barboisa alleg. 64. num. 16.

Sexta Regula. Quod si Patronus coerceri non possit ad has expensas faciendas, & potius permittat, se privari Jurepatronatus; ut sæpe accidit in Capellanis, & Altariibus cum obligatione Missarum, quarum adimplementum parum curant hæredes, etsi cum injuria, & detrimento animarum (sorum majorum, De Sacrificio Missæ.

& testatorum; in hoc casu, si sit aliqua persona, quæ velit iterum dotare illud Altare, seu Ecclesiam; & acquirere Jus patronatus illius, esse et Jurepatronatus concedendum, & ex nova dote, five ex pecunia hujus novi Patroni sunt ornamenta, aliæque necessaria emenda, ut latius differit Loterius d. lib. 1. q. 31. à num. 20. & seq. & ibi Lambertini de Jurepatron. lib. 1. q. 6. art. 4. num. 5. & 6.

Septima Regula. Quod si nullus reperitur, qui velit dotare, & jurepatronatus acquirere, & constet de negligentia Episcopi in erectione jam facta Capellanæ, Altaris, seu Ecclesie abique sufficienti Dote pro sustentatione ejus, & ornamentorum; tunc adstringendus est ipse Episcopus, ad faciendas necessaria expensas, ut docuimus supra Decif. 40. num. 19. & tenet Glossa in cap. Nemo. De consecr. dist. 1. nec non Sperellus d. Decif. 68. num. 13.

Octava, & Ultima Regula. Quod si Episcopus detrectet, hanc satisfactionem facere, & potius velit in alia vita culpabilis negligentia suæ pœnas luere; (ut facile est in præxi apud Prælatos, qui temporalia magis curant, quam æterna;) in hoc casu poterit Capellanus, seu Rector Ecclesie abstinere à celebratione Missarum; & interim aliunde celebrando pro sui ipsius sustentatione, provenit Altaris, seu Capellanæ, vel Ecclesie applicare ad provisionem ornamentorum, & aliarum expensarum, quæ sunt necessaria pro Sacrificio, vel de licentia Ordinarii, vel ex consilio prudentis viri, ut in his terminis scribit Praximillus de Obligat. Sacerd. sess. 4. concl. 5. §. 5. quem laudat Tamburin. de Sacrif. Missæ lib. 3. c. 1. §. 3. n. 100. & 101. qui loquuntur de ornamentis omnino necessariis; sed de aliis ad pompam, nisi bona fide fuissent provisæ pro aliqua vice tantum. Et idem docet Bordonus in tract. de Legatis, cap. 10. à num. 88. & seq. supposito, quod redditus annui pro celebratione Missæ sufficiant tantum pro solito stipendio celebrantis; & quod iste annis præteritis non haberit ampliores redditus; tunc enim esset obligatus ornamenta emere absque intermissione celebrationis Missarum; ac ex Sperell. d. Decif. 67.

Potest prædictæ Regule servandæ sunt non solum in provisione ornamentorum, quibus Ecclesia, vel Altare indiget, sed etiam in sequenti bus necessitatibus, quibus eisdem Ecclesie, vel Altari; videlicet si egeat restauracione, imminente ruinæ periculo ob vetustatem; si agatur de reficienda domo Rectoris, seu Capellani; si de emendo oleo pro lampade, ut collocat in Ecclesia, præcipue si ibi servetur SS. Eucharistia; aut reconcilianda sit Ecclesia ob pollutionem effusio in eam humano sanguine, vel semine injurijs; & faciendæ sint expensæ in conducendo Episcopo; prout de prædictis simul omnibus casibus differit, & DD. allegat Sperellus d. Decif. 68. ubi n. 8. advertit, expensas pro restaurando, ampliando, reconciliando Cæmeterio semper spectare ad Parochianos. Quamvis in quocumque genere expensarum circa Ecclesias Parochiales attendenda sit consuetudo, quæ varia esse solet in Diocesis; prout in hac Diocesi Patavina in aliquo loco medietas expensarum fit per Parochum, alia medietas per populum; in aliis vero locis Parochus concurrens in expensis pro tertia parte, populus vero in aliis duabus tertiis; alicubi etiam tertia pars expenditur à Confraternitatibus spiritualibus in illa Ecclesia institutis. Cæterum de jure Rector Ecclesie videtur obligatus ad quascumque expensas pro Capella majori, & Altare SS. Sacramenti, nec non pro sustentatione unius campanæ; nam hæc sunt necessaria simpliciter pro suo officio Parochiali exercendo: populus vero debet facere expensas pro restauranda nave Ecclesie, cæteris Altariibus, & pluribus Campanis; quia hæc omnia deserviunt ad meram ipsius populi utilitatem, ut bene advertit Tondur. Resolut. benefic. part. 1. cap. 38. & cap. 39. ubi de materia plenè agit. Barboisa de Paroch. cap. 13. Et de Episcopo alleg. 64. à num. 4.

Quarta Regula. Quod si de consuetudine aliqua non constet; observandum est, an Ecclesia, seu Altare habeat pingues redditus pro alimentis Rectoris, seu Capellani; tunc enim reservatis necessariis ad eorumdem congruam sustentationem, quod superest debet expendi in provisione ornamentorum, quibus indiget Ecclesia, vel Altare. cap. fin. 12. q. 1. cap. 1. & cap. 4. & cap. De bis. De Eccl. Edific. Surdus conf. 62. per totum vol. 1. Sperellus plurimos allegans d. Decif. 67. num. 4. & 5. ubi num. 6. advertit, detrahendos esse fructus pro sustentatione Rectoris Ecclesie, vel Capellani, dummodo aqualiter residant, & intersit Ecclesie, vel Altari; quia si eorum tituli essent simplicia beneficia absque alio onere, vel cum modica obligatione; alimenta non sunt ipsis beneficiatis reservanda; sed provisio ornamentorum est præferenda, uno excepto casu; si ad illum titulum essent ad Sacros Ordines promoti; tunc enim, ne cum dedecore clericalis status cogantur mendicare, fructus pro congrua sustentatione deberent habere. Surdus d. conf. 62. num. 11. & seq. Ripa resp. 1. de Consuetud. num. 6.

Quinta Regula. Si autem fructus beneficii non sint pingues; sed ita tenues, ut sufficere non possint ad sustentationem Rectoris Ecclesie, seu Capellani Altaris, & ad provisionem pro ornamentis; in hoc casu si Ecclesia est Parochialis, & libertæ collationis; compellendus est populus ad expendendum pro rata in ornamentis; quod si sit Jurispatronatus, debet Patronus ad expensas hujusmodi concurrere, juxta decretum Concilii Tridentini sess. 21. de Reform. cap. 7. etiam si alias dedisset dotem, sed fuisse deperditam, ut ex doctrina Lambertini de Jurepatron. lib. 3. q. 7. art. 5. docent Genens in Manuali Pastor. cap. 36. n. 1. in fine. Loterius lib. 1. q. 31. num. 19. & Sperellus d. Decif. 67. num. 10. 11. & 12. nec non Decif. 68. num. 11. & 12. & ibi Leo in Theaur. fori Eccl. part. 2. cap. 16. num. 18. ac etiam Barboisa alleg. 64. num. 16.

Sexta Regula. Quod si Patronus coerceri non possit ad has expensas faciendas, & potius permittat, se privari Jurepatronatus; ut sæpe accidit in Capellanis, & Altariibus cum obligatione Missarum, quarum adimplementum parum curant hæredes, etsi cum injuria, & detrimento animarum (sorum majorum, De Sacrificio Missæ.

& testatorum; in hoc casu, si sit aliqua persona, quæ velit iterum dotare illud Altare, seu Ecclesiam; & acquirere Jus patronatus illius, esse et Jurepatronatus concedendum, & ex nova dote, five ex pecunia hujus novi Patroni sunt ornamenta, aliæque necessaria emenda, ut latius differit Loterius d. lib. 1. q. 31. à num. 20. & seq. & ibi Lambertini de Jurepatron. lib. 1. q. 6. art. 4. num. 5. & 6.

Septima Regula. Quod si nullus reperitur, qui velit dotare, & jurepatronatus acquirere, & constet de negligentia Episcopi in erectione jam facta Capellanæ, Altaris, seu Ecclesie abique sufficienti Dote pro sustentatione ejus, & ornamentorum; tunc adstringendus est ipse Episcopus, ad faciendas necessaria expensas, ut docuimus supra Decif. 40. num. 19. & tenet Glossa in cap. Nemo. De consecr. dist. 1. nec non Sperellus d. Decif. 68. num. 13.

Octava, & Ultima Regula. Quod si Episcopus detrectet, hanc satisfactionem facere, & potius velit in alia vita culpabilis negligentia suæ pœnas luere; (ut facile est in præxi apud Prælatos, qui temporalia magis curant, quam æterna;) in hoc casu poterit Capellanus, seu Rector Ecclesie abstinere à celebratione Missarum; & interim aliunde celebrando pro sui ipsius sustentatione, provenit Altaris, seu Capellanæ, vel Ecclesie applicare ad provisionem ornamentorum, & aliarum expensarum, quæ sunt necessaria pro Sacrificio, vel de licentia Ordinarii, vel ex consilio prudentis viri, ut in his terminis scribit Praximillus de Obligat. Sacerd. sess. 4. concl. 5. §. 5. quem laudat Tamburin. de Sacrif. Missæ lib. 3. c. 1. §. 3. n. 100. & 101. qui loquuntur de ornamentis omnino necessariis; sed de aliis ad pompam, nisi bona fide fuissent provisæ pro aliqua vice tantum. Et idem docet Bordonus in tract. de Legatis, cap. 10. à num. 88. & seq. supposito, quod redditus annui pro celebratione Missæ sufficiant tantum pro solito stipendio celebrantis; & quod iste annis præteritis non haberit ampliores redditus; tunc enim esset obligatus ornamenta emere absque intermissione celebrationis Missarum; ac ex Sperell. d. Decif. 67.

Potest prædictæ Regule servandæ sunt non solum in provisione ornamentorum, quibus Ecclesia, vel Altare indiget, sed etiam in sequenti bus necessitatibus, quibus eisdem Ecclesie, vel Altari; videlicet si egeat restauracione, imminente ruinæ periculo ob vetustatem; si agatur de reficienda domo Rectoris, seu Capellani; si de emendo oleo pro lampade, ut collocat in Ecclesia, præcipue si ibi servetur SS. Eucharistia; aut reconcilianda sit Ecclesia ob pollutionem effusio in eam humano sanguine, vel semine injurijs; & faciendæ sint expensæ in conducendo Episcopo; prout de prædictis simul omnibus casibus differit, & DD. allegat Sperellus d. Decif. 68. ubi n. 8. advertit, expensas pro restaurando, ampliando, reconciliando Cæmeterio semper spectare ad Parochianos. Quamvis in quocumque genere expensarum circa Ecclesias Parochiales attendenda sit consuetudo, quæ varia esse solet in Diocesis; prout in hac Diocesi Patavina in aliquo loco medietas expensarum fit per Parochum, alia medietas per populum; in aliis vero locis Parochus concurrens in expensis pro tertia parte, populus vero in aliis duabus tertiis; alicubi etiam tertia pars expenditur à Confraternitatibus spiritualibus in illa Ecclesia institutis. Cæterum de jure Rector Ecclesie videtur obligatus ad quascumque expensas pro Capella majori, & Altare SS. Sacramenti, nec non pro sustentatione unius campanæ; nam hæc sunt necessaria simpliciter pro suo officio Parochiali exercendo: populus vero debet facere expensas pro restauranda nave Ecclesie, cæteris Altariibus, & pluribus Campanis; quia hæc omnia deserviunt ad meram ipsius populi utilitatem, ut bene advertit Tondur. Resolut. benefic. part. 1. cap. 38. & cap. 39. ubi de materia plenè agit. Barboisa de Paroch. cap. 13. Et de Episcopo alleg. 64. à num. 4.

Quarta Regula. Quod si de consuetudine aliqua non constet; observandum est, an Ecclesia, seu Altare habeat pingues redditus pro alimentis Rectoris, seu Capellani; tunc enim reservatis necessariis ad eorumdem congruam sustentationem, quod superest debet expendi in provisione ornamentorum, quibus indiget Ecclesia, vel Altare. cap. fin. 12. q. 1. cap. 1. & cap. 4. & cap. De bis. De Eccl. Edific. Surdus conf. 62. per totum vol. 1. Sperellus plurimos allegans d. Decif. 67. num. 4. & 5. ubi num. 6. advertit, detrahendos esse fructus pro sustentatione Rectoris Ecclesie, vel Capellani, dummodo aqualiter residant, & intersit Ecclesie, vel Altari; quia si eorum tituli essent simplicia beneficia absque alio onere, vel cum modica obligatione; alimenta non sunt ipsis beneficiatis reservanda; sed provisio ornamentorum est præferenda, uno excepto casu; si ad illum titulum essent ad Sacros Ordines promoti; tunc enim, ne cum dedecore clericalis status cogantur mendicare, fructus pro congrua sustentatione deberent habere. Surdus d. conf. 62. num. 11. & seq. Ripa resp. 1. de Consuetud. num. 6.

Quinta Regula. Si autem fructus beneficii non sint pingues; sed ita tenues, ut sufficere non possint ad sustentationem Rectoris Ecclesie, seu Capellani Altaris, & ad provisionem pro ornamentis; in hoc casu si Ecclesia est Parochialis, & libertæ collationis; compellendus est populus ad expendendum pro rata in ornamentis; quod si sit Jurispatronatus, debet Patronus ad expensas hujusmodi concurrere, juxta decretum Concilii Tridentini sess. 21. de Reform. cap. 7. etiam si alias dedisset dotem, sed fuisse deperditam, ut ex doctrina Lambertini de Jurepatron. lib. 3. q. 7. art. 5. docent Genens in Manuali Pastor. cap. 36. n. 1. in fine. Loterius lib. 1. q. 31. num. 19. & Sperellus d. Decif. 67. num. 10. 11. & 12. nec non Decif. 68. num. 11. & 12. & ibi Leo in Theaur. fori Eccl. part. 2. cap. 16. num. 18. ac etiam Barboisa alleg. 64. num. 16.

Sexta Regula. Quod si Patronus coerceri non possit ad has expensas faciendas, & potius permittat, se privari Jurepatronatus; ut sæpe accidit in Capellanis, & Altariibus cum obligatione Missarum, quarum adimplementum parum curant hæredes, etsi cum injuria, & detrimento animarum (sorum majorum, De Sacrificio Missæ.

num. 4. & seqq. Antonellus de Regimine militantis Eccl. lib. 1. cap. 2. §. 4. num. 21. & seqq. Quibus ego addo Bartholomæum Silvaticum conf. 45. per totum; M. Anton. Thomatum in Decif. Rotæ Macerat. Decif. V. & Belletum Disquis. Cleric. part. 1. De Clerico Debitore. §. 14. & §. 15. & Ventrigliam tom. 2. Annot. 18. §. Unico, ibique Adden. Carolum Anton. de Luca in Observat. apud quos reperit Lector, quomodo decidenda sint difficultates in praxi occurrentes circa expensas pro ornamentis Ecclesiarum; eamque restauracione.

DECISIO XLV. ARGUMENTUM.

Quia ad convocandum populum ad Sacrificium opus est Campanis, & Campanis, de his agitur historicè, mysticè, legaliter, & supernaturaliter. De Turri Babel, & David; de Pyramidibus, & Campanilibus famosis. Differitur de origine Campanarum tum apud Gentiles, tum apud Christianos. Turcæ Campanas abhorrent. Exponitur mysticæ significationes Campanarum. Tractatur de horologiis solaribus, aqueis, & cum rotis. De eorum initio, usu, & commodo. De trina pulsatione ad salutacionem Angelicam, & de eius Indulgentia plenaria. Campanarum pulsandarum finis, tempus, numerus, & ministri; Quis tenetur ad expensas, & salarium pro Campanis? Utilitates ex sonitu Campanarum. Alique miraculose Campanæ. Dux maximæ molis, Erfordensis, & Pekinensis.

SUMMARIUM.

- 1 Campanile, & Campanæ necessarie ad Sacrificium Missæ.
2 Campanilis, & Campanarum varia nomina.
3 Diacodion medicamentum unde dicitur?
4 Turris Babel omnium prima. Ejus Auctor, Mater, Forma, & Altitudo.
5 Montium majorum altitudo quanta?
6 Pyramides unde dicitur?
7 Pyramidum genera duo.
8 Pyramidis plateæ Vaticane laudes.
9 Pyramidum latitudo, & altitudo.
10 Turris David in monte Sion altitudo.
11 Pinnaculum Templi Salomonis quid esset?
12 Campanilis Hedunen. laudes.
13 Campanilis S. Marci Venetiarum origo, altitudo, & laudes.
14 Campanilium S. Justine Paduæ, & Palatii Communis origo, & altitudo.
15 Campanæ quando adveniunt?
16 Campanarum parvarum usus in lege Moysis.
17 Campanæ an essent apud Gentiles?
18 Campanæ apud Christianos quando cæperint adhiberi?
19 Scutorum Archiepiscopus quomodo convocet fideles ad divina officia?
20 Sabiniani Papa tempore an invenit Campanæ?
21 S. Paulinus Nolæ Episcopus primus auctor Campanarum.
22 Campana dida ab ere campano.
23 Campanile S. Petri Romæ quando primum fabricatum?
24 Fur eris Campani occisus à malleo Campanæ.
25 Græci anno 863. cæperunt uti Campanis; Ursus Participatus Dux Venetiarum donat Campanas Imperatorii Græco. ibid.
26 Turcæ non adhibent, neque permittunt Campanas.
27 Baptismus Campanarum qualis sit, & quis ejus Auctor?
28 Campanarum mystica significatio.

- 29 Campanæ cur non pulsantur in triduo Passionis Christi?
30 Gallus cur ponatur in culmine Campanilium?
31 Campanarum usus ob sex causas. Et quæ?
32 Campanilis Sijuntini carmina.
33 Campana non vocatur populus ad arma, nisi contra infideles.
34 Horologia Salaria quando, & à qua inventa?
35 Horologium Ezechie monstrabat semiboras.
36 Hæc unde dicitur?
37 Horologii usus quando receptus à Romanis?
38 Clepsidre apud Romanos Horologia aquea.
39 Horologia ex Rotis quomodo commoda?
40 Campanis indicantur dies festi, lætitia publica, & mors privatorum, ac Principum.
41 Campanæ trina pulsatio ad Angelicam Salutacionem Deiparæ. Ejus Auctor quis? An recitantes eam lucentur Indulgentia plenaria?
42 S. Carolus Borromeus, ad sonitum Angelicæ Salutacionis, eam semper genibus flexis recitabat. Idem faciebat Ven. Card. Barbadius.
43 Salutatio ad Deiparæ cum Indulgentia.
44 Vicinus quando cogi possit ad vendendam domum pro fabrica Campanilis; & quando non?
45 Campanæ benedicende antequam ponantur in Campanis.
46 Campanarum pulsandarum tempora.
47 Abbates non possunt benedicere Campanas non suas.
48 Campanarum numerus pro Regularibus, An augendus?
49 Campanarum indiscretus sonitus prohibendus.
50 Stimulus Carnis, de quo 2. Cor. 12. quid esset?
51 Campanas pulsare ad quos de jure spectet?
52 Ostiarii Cottam induant pulsaturi Campanas.
53 Ordinum materiam an Ecclesia possit mutare?
54 Campanarum pulsatio quibus temporibus sit prohibita?
55 Sabbato Sancto Campanæ non pulsantur ante illas Cathedralis, vel Ecclesie Maricis. Nisi contraria sit immemorabili consuetudo.
56 Cæremoriale Episcoporum habet vim legis: sed non tollit consuetudinem immemorabilem contrariam.
57 Humiliatorum Fratrum lit super præcedentia sonandi Campanas.
58 Campanis pro reficiendis ad quem pertinent expensæ? Et Salarium pro eis pulsandis?
59 Campanilia, neque Campanæ feri possunt in Operatoris privatis; nec de licentia Episcopi.
60 Campanæ benedicite terrent Demones. Exempla.
61 Tempelates fugantur sono Campanarum. Exempla.
62 Campanarum de per se sonantium ob varias causas, Exempla.
63 Durliniana Ensis Orlandi ubi servetur?
64 Campanæ due in stitate magnitudinis, Erfordensis una, Pekinensis altera, Pondus, & mensuræ utriusque.

Uoniam inter ornamenta Ecclesiastica tum ad ornatum Ecclesiarum, tum ad convocandum populum fidelem ad Divina Officia, adhibentur Campanæ, & pro his reponendis, & pulsandis necessarium est Campanile; idem oportet agere de utrisque, Campanilis scilicet, & Campanis, de quibus quia sparsim multa reperuntur apud Scriptores non solum modernos, sed etiam antiquos; ut ordinatum, & breviter, quantum fieri potest, omnia collecta benevolis Lectoribus exhibentur, ad quatuor capita redigam hanc decisionem de Campanis, & Campanilis, siquidem de ipsis agam, 1. Historicè, 2. Mysticè,

- 3. Legaliter.
4. Supernaturaliter.
Quod ad Historiam videndum est de nominibus Campanilis, & Campanarum; nec non de eorum origine, & quando cæperint adhiberi, & pulsari. Plura sunt nomina Campanilis, & Campanarum. Nam Campanile vocatur Turris Sacra, Turris Campanaria; et etiam Nolarium, ut notat Magrius in Hierolex. Verb. Nolarium; ubi dat auctoritatem Romani Canonici Vaticanæ Basilicæ, qui scripsit de ejus prærogativis tempore Calixti III. & adfert inscriptionem factam anno 1270. Romæ in Ecclesia S. Mariæ ad Martyres dicentem: Factæ fuerunt Nole, & Nolarium; de qua Torrigius de Cryptis Vaticanæ pag. 561. Campanæ verò adhuc pluribus nominibus gaudent; vocantur enim Crotalum, & Crepitaculum à verbo κρότος, & à verbo κροτώω quæ strepitare, & pulsare significant. Dicuntur etiam Cloche, à Gallica voce, de qua Bonifacius in Epist. 9. En si vobis laboriosum non sit, ut Cloacam unam transtulissetis. Item Cymbala à sonitu, sive à forma rotunda, & concava; pariterque appellantur Codion à verbo Græco κωδών, quod innuit Papaverem, eò quia Campana fit ad similitudinem calicis, cujus formam habet papaver dilatans suam extremitatem, ex Ruellio lib. 2. cap. 100. unde Medicis vocant Diacodion medicamentum ex papavere. Plinius lib. 20. cap. 18. Ulterius Campana appellatur Nola à communi opinione, de qua infra, quod in civitate Nolæ à Divo Paulino ejus Episcopo inventa fuerit; quæ civitas cum sit in Provincia Campaniæ, distans XIV. miliaria ab Urbe Neapoli, dedit etiam huic instrumento nomen Campanæ. Walfridus Strabo de Reb. Eccl. cap. 5. Sarnellius in Basilicograph. cap. ult. & Magrius d. Verb. Campana col. 1. Hæc de nomine.

Quod attinet ad originem dicendum est primò de Campanilibus, seu Turribus Sacris; deinde de Campanis. Quoad Turres prior omnium antiquitate, & fama notissima fuit Turris Babel; de qua in Genesi cap. 11. vers. 4. Venite faciamus nobis civitatem, & Turrim, cujus culmen pertingat ad cælum; & celeberrimum nomen nostrum antequam dividamur in universas terras. Quæ quidem Turris, cum adhuc nullum aliud Templum esset, quam ipsum cælum, videbatur fore ejus Campanile. Efficiens causa hujus Turris fuit Nembrod pronepos Noe; natus enim erat de Chus primogenito Chami, filii Noe, ut notat Torriellus ad Annum Mundi 1937. num. 4. & Tirinus in Chronico Sacro cap. 12. ubi addit, eundem Nembrod vocatum fuisse etiam Belum, atque Jovem, & ab eo inchoasse Monarchiam Assyriorum anno 276. post diluvium; & 43. ante ortum Abraham. Materialis causa fuit terra factis argillosa, ac tenax, lateribusque conficiendis apta, quam invenerunt descendentes Chami profecti in illam planitiem Babylonis, cum multo bitumine, vim cæmentis habente: Formalis causa prædicitæ Turris habetur ex Herodoto lib. 1. Histor. quod fuerit quadratæ figuræ, crastodinis, seu grossiciei unius stadii per omne quadrum; quatuor miliarium; siquidem finalis causa præter ambitionem, & vanagloriam illam edificationem, fuit, ut se tuerentur à periculo novi diluvii; etenim cum aquis diluvii operis fuerint omnes montes excessi sub unum verso cælo: Gen. 7. 19. & altiores montes sint perpendiculariter alti quatuor miliaria, ut ait Plinius lib. 5. cap. 23. cogitavit Nembrod, & qui cum eo consulerent edificare Turrim, eam extollere usque ad quinque miliaria, ne possent ab aquis cooperiri, in eaque edificanda consumperunt annos tres, & quadraginta, ut ex Cedreno scribit Tirinus dicit. Chronie. Sacro cap. 12. Hæc igitur fuit prima Turris, cujus perfectionem impedit diversitas lingua-

rum, quam Deus immisit in operarios, itaut unumquodque non intelligeret vocem alterius, ut habetur in Genesi. cit. cap. 11. vers. 8.

Post Turrim Babel secundum Historicos observatione dignæ sunt Pyramides Ægypti, sic dicitur à verbo τῦρ ignem significat; ac ratione, quia ad ignis speciem extenuantur in conum, ut scribit Ammianus Marcellinus Hist. lib. 22. etli alii opinati sint, ita fuisse denominatas τῦρ τῦρ quod frumentum innuit; quia conditæ fuerint à Josepho Hebræo Vice Rege Ægypti, ut in illis reconditum servaret frumentum annis septem penuriosis; ut differit Menochius in Storeis cent. 4. cap. 4. Quidquid sit, Pyramides erant in duplici differentia; aliæ factæ ex unico marmore; quarum una est illa, quam Sixtus Papa V. erigere fecit in Platea Vaticana Romæ, longitudinis pedum centum, & septem, latitudinis in inferiori parte duodecim pedum; sex verò in superiori; dedicatæ fuerat soli ab Ægyptiis, translataque Romam Angusto, & Tiberio Imperatoribus; deinde purgata solemnibus benedictione fuit imposita in ejus summitate Crux, & ipsi Christo consecrata, unde ecclinet quidam Poeta: Ægyptus Soli, binis me Roma dicavit Augustis. Sacras tu pie Sixte Crucis.

Quod fufius profecquitur Michael Mercatus in lib. de Obelisc. cap. 39. & Menochius centur. 5. c. 71. Aliæ autem Pyramides fabricatæ erant ex Lapidibus marmoreis, latitudinis ad pedem trecentum cubitorum; & ejusdem altitudinis, ad cujus summitatem patebat ascensus per gradus, quibus ipsa Pyramis erat eformata, sic restringens de gradu in gradum, quorum ultimus erat latitudinis quadratæ decem cubitorum, ut scribit idem Menochius centur. 7. c. 98. & illas scriptores antiqui vocabant Turres, & montes quadratos, ut notat Serra de Quantis in verb. Obeliscus. ubi hæc addit. Quamvis autem sumptus, & impense ferent in Pyramidibus fabricandis docet Plinius lib. 36. cap. 12. qui scribit unam Pyramidem à 360. millibus operariorum viginti annis fuisse constructam. Et eis utebantur Reges Ægyptii tum ad reponendum triticum, tum pro sepulchris, in quibus sua corpora condebantur, ut testatur Pierius Valerianus Hieroglyphic. lib. 39. ad quem curiosum LeGorem remittimus, & ad Plinium cit. lib. 26. cap. 12. At P. Athanas. Kircherus in sua China illustrata part. 3. c. 1. pag. 136. ponit effigiem Pyramidis Sinenfis, altitudinis nongentorum cubitorum.

Hinc etiam Hebræi fabricabant Turres ad grana custodienda; de quibus ait Psalmista: Fiat pax in virtute tua, & abundantia in Turribus tuis. Psal. 2. 7. Sed adinstar Campanilis fuit illa, quam erexit Rex David in monte Sion, penes quam postea Salomon ejus filius construxit Templum; & de qua scripsit in lib. Cantic. c. 4. vers. 4. Sicut Turris David Collum tuum, quæ edificata est cum propugnaculis, mille clipei pendenti ex ea, omnis armatura fortium. Cujus altitudo tanta erat, ut nubes videretur tangere; idèoque à Michæa cap. 4. vers. 8. vocatur Turris gregis nebulosa; ad quem locum sic ait Tirinus in Commentar. Erat hæc arx munitionum, inaccessible, & inexpugnabilis in monte Sion juxta atrium externum Templi. Sed dicit aliquis: Si hæc Turris David erat tanquam Campanile Templi Judæorum; quid erat Pinnaculum Templi, de quo ait S. Matth. c. 4. vers. 5. Tunc assumpsi eum diabolus in sanctam civitatem, & statuit eum super pinnaculum Templi, & dixit ei: Si Filius Dei es, mitte te deorsum? Respondetur, quod multi multa dicunt. Tirinus ibid. ait, Pinnaculum fuisse Turrim in vestibulo Templi; id est supra porticum anteriorem, inædificatam. Menoch. centur. 2. in Storeis c. 43. refert, plures dixisse, quod rectum Templi erigebatur, & sinebat instar Pyramidum in acutum, ubi erat pinna, adinstar alæ volucrum,

son reddere sonum; idcirco indignatus auctor operis apprehensum fure pertraxit ærumentum, & ecce ferrum elapsum in verticem ipsius decidit, & occidit eum.

Quæ autem dicta sunt de usu Campanarum post Constantini Magni conversionem, admittenda veniunt in Ecclesia Latina; secus in Orientali, tardius enim Græci adhibuerunt Campanas, anno scilicet 865 quo earum usu & dono Græci edocti fuerunt ab Urlo Participatio Duce Venetiarum, per quem aliquæ Campanæ transmissæ fuerunt Constantinopolim Basilio Imperatori, ut legitur apud Blondum lib. 2. Decad. 2. Emin. Card. Baronium d. Ann. 866. n. 101. & notat Magrius d. Verb. Campana col. 3. atque Sarnellius in Basilicographia d. cap. ult. n. 9. advertentes, quod in Orientali Ecclesia ad convocandos fideles adhibebantur lignea instrumenta; quæ Symandra, & Agiosmandra, voce graja nuncupantur; atque hoc idem servant in præsentem diem Christiani viventes sub tyrannide Turcarum; qui odio habentes Campanas, eas non permittunt tamquam signa Sacra Christianorum, à quibus abhorrent; & quia timent, iidem Campanis excitari populum ad rebellionem, ac etiam quia superstitiosè credunt, Campanarum sonitu inquietari animas Defunctorum, ut referunt Magrius in Hierolexic. Verb. Campana, & in Verb. Nolarium. Casalius d. cap. 43. Vers. Turcæ dissidentes, & differit Glossa in Clem. 1. de Judæis, & Saracenis in Verb. Zabazala, ita dicens de Turcis. Quilibet Mesquita habet unum Sacerdotem de primis, & unum Ministrum, qui vocatur Muerdem, quod sonat præco, qui supplet defectum Campanarum; ascendit Turrim Mesquite quadratam, in qualibet parte sui fenestram magnam habentem, & ad illarum quantibet elamat alta voce, obturatis auribus cum digitis, ut vox fortius resonet, in sua lingua verba hæc sonantia: Nil aliud posse, nisi Deus, & Mahumetus eius nuntius, Venite ad orationem, &c. Legalip, Halla, Halla. Verba Arabica indicantia, Non est alius Visor, nisi Deus solus; ut explicat Mastrin in d. Verb. Nolarium; addens, hæc Mulcam feri à Turcis quingies in die; videlicet in Aurora, quam vocant Zalaraxophi. Hora Tertia, in Vesperis, in Completorio, & in Crepusculo noctis, & qualibet istarum Horarum Turcæ faciunt certas genuflexiones; sicut de fero nos facimus ad laudem Deiparæ, ut scribit etiam Feburè in Theatro Turchie cap. 21. art. 7. & Maslinus c. 42. pag. 390.

Tandem pro complemento Hystoriz Campanarum non est omissendum; iidem statutam esse Ecclesiasticam benedictionem, quam vulgus appellat Baptismum, & de qua ego egi in Decisionibus meis Anno 1688. Mensè Februario. Hujus benedictionis Auctor Joannem Papam XIII. scribit Emin. Card. Baronius anno 968. num. 93. quo tempore prædictus Papa Campanam Lateranensem miræ magnitudinis, antequam ea super Campanile elevaretur, sacriscribitibus Deo consecravit, atque Joannis nomine insignivit. Nihilominus Campanarum benedictionem multò antiquiorem esse testatur Menardus in notis ad lib. Saceramentorum pag. 207. & docet Alcinus, Caroli Magni Præceptor, qui in octavo seculo floruerat; & in suis operibus de eadem benedictione Campanarum mentionem fecit, quod bene observat Magr. in cit. Verb. Campana col. 3. in fine & Emin. Card. Bona d. lib. 1. cap. 22. sub num. 7. & hæc fati dicta sint de primo capite, & de historia Campanilium, & Campanarum.

Quò ad secundum caput, in quo de Mysterio, & mysticè agendum est de Campanili, & de Campanis; omnes Doctores in hoc conveniunt, ab eis denotari Prædicatores. In Albinus de Divin. Offic. cap. 100. cujus verba refert Casalius de Veteris Sacris Christi. Ritib. d. cap. 43. pag. 194. ita scribens: Prædicator perfectus hujuscæ signi quadam similitudine formatur; liquidem duritiam metalli fortitudine mentis; plerumque fer-

reum, quo sonus eliditur, constantia sermonis imitatur: ac etiam ut Campana pendet de Turri; ita Concionator sursum cor suspendit, cujus conversatio in caelis est. Campana ligno alligata, & sine agitata nunquam desistit perfonare, ita Concionator ligno Crucis inherendo, & caritate colligatus, non desistat die, ac nocte, os suum dilatare, instanti opportuno, importunè arguendo, increpando, obsecrando.

Hebræis in testamento veteri data fuerunt tubæ ad convocandum populum, in novo autem constituti sunt Prædicatores significati per Campanas, quæ altius resonant, quàm Tubæ veteris testamenti; siquidem eo tempore notus erat Deus tantùm in Judæa; nunc autem in omni terra, ut differit Barbosa d. lib. 3. Vo. to 102. num. 12. ex Stephano Durant. lib. 1. cap. 22. num. 5. Hinc in triduo Passionis Christi non pulsantur Campanæ, non solum in signum mœstitiæ, sed etiam ad mysticam significationem; scilicet quia Apostoli destinati Prædicatores in univèrsam mundum, illis diebus ob timorem obmutuerunt, ut ait Rupertus Abbas lib. 5. de Divin. offic. cap. 14. & percutitur lignum, seu Tabula, quæ denotat Christum & ligno pendentem; & ad Patrem clamantem: Dimitte illi, quia nesciunt, quid faciunt; ut latius idem Casalius d. cap. 43. pag. 192. Qui subindè pag. 194. Vers. Denique hoc addam subdit, quod in tota Germania superiore, & inferiore, nec non in Gallia, & Anglia ipse vidit in omnibus Campanarum Turribus appositum esse Gallum ex metallo in summitate, ad excitandam, & significandam vigilantiam Prælatorum, quibus principaliter convenit predicare verbum Dei, quod refert etiam Sarnellius in Basilicograph. d. cap. ult. num. 15. est enim Gallus vigilantiz typus, ut cecinit Alciatus in Emblem. his versibus:

Instantis quod signa canens det Gallus Eoi, Et revocat famulas ad nova pennis manus. Turribus in Sacris effingitur.

Quamvis idem Sarnellius ibid. num. 15. intendat, ex ipsa effigie Galli in vertice Campanilis ad pedem Crucis, mysticè demonstrari, penitentiam Divi Petri, factam ad vocem Galli, ut & nos mirantes Crucem, & Gallum discamus peccata nostra flere, & penitendo veniam impetrare.

Magis autem explicat mysticam significationem Campanarum Glossa in cap. 1. Extravag. de Offic. Curialis per hæc carmina:

Laudo Deum verum, plebem voco, congrego Clerum:

Defunctorum ploro, nimbium fugo, festaque honoro. Campanarum namque sonus adhibetur ad honorandum Deum in elevatione, & delatione Venerabilis Eucharistiæ Sacramenti; ad convocandum populum, ipsumque Clerum ad officia Divina; ad funera fidelium, ut pro eis orationes fiant, innenda; ad fugandas tempestates, & ad dies festivos indicendos, ut latius idem Casalius d. cap. 43. Magrius in Hierolexic. d. Verb. Campana col. 5. & Sarnellius in Basilicograph. d. cap. ult. num. 23. & 24. ubi, eruditionem cum Ecclesiastica instructione uniens, inserit sequentes versus elegantes, inscriptos in Campanili nuper à fundamentis erecto in Cathedrali Sipuntina à munificencia Eminentissimi, ac Reverendissimi Cardinalis Ursini, tunc ejusdem Ecclesiæ Archiepiscopi, videlicet.

Convoco, sacro, noto, depello, concino, ploro, Arma, dies, horas, nubila, leta, rogos.

Sunt namque sex munera Campanarum mysticè in hoc ditico significata; hoc est convocare populum ad arma, casu quo regionem illam Turcæ, vel Pyratæ aggrediantur, ut fecerunt Anno 1620. quo incendunt, & consummatunt ex tribus duas partes illius civitatis; idcirco ad expellendos infideles illos licitum est pulsare Campanas ad arma; secus autem in civilibus quæstionibus, ut pluries declaravit Sacra Congre-

gregatio Cardinalium apud Nicolium in Flosculis Verb. Campana, & apud eundem Sarnellium n. 26. Sacrant dies, scilicet distinguunt festos à feriilibus. Notant horas, tum per horologia solaria, quæ depicta videntur in Turribus Sacris, quorum primum Auctorem fuisse L. Papium Centorem, qui illud apposuit Romæ ad ædem Quirini, asserit Chaffanzus in Catal. Glor. Mundi part. 12. considerat. 43. tum per horologia rotis ferreis composita, & pulsantia de hora in horam super Campana; de quibus idem Chaffanzus hæc habet: Nihil jucundius, aut admiratione dignius reperiri potest (Horologio) quo nobis, est occultato sole, per intinnabulum, seu Campanam, sua, ut videtur, sponte sonans, hore nobis nuntiantur.

Cæteram circa horologia solaria quo ad eorum inventorem discordat Plinius in Natur. Hist. lib. 2. cap. 76. asserens, quod Umbrarum rationem, quam vocant Gnomonem, invenit Anaximenes Milesius, Anaximandri discipulus, primique horologium, quod appellatur Scioiterium, Lacedæmonie essentiat. Sed uterque fallitur, Plinius scilicet, & Chaffanzus, nam in Scriptura Sacra habemus lib. 4. Reg. c. 20. vers. 11. quod, ad certificandum Ezechiam Regem ægotatam de sanitate, & de prorogatione vitæ, Dominus reduxit umbram per lineas, quibus iam descenderat in horologio de Achaz retrosum decem gradibus. Ergo Achaz Rex Judææ Solarium Horologium habebat; vixit autem Rex iste per annos ducentos circiter ante Anaximemem, ut probat Menochius in Storiz Centur. 10. cap. 31. Hic autem notet Lector, quod juxta magis communem Doctorum sententiam Lineæ horologii Regis Ezechie monstrabant femihoras, non integras horas; quia erant lineæ viginti, nullus autem dies tam longus in Judæa esse poterat, qui haberet ab ortu Solis usque ad occasum horas viginti, sed horas decem, ut differit Tirinus d. lib. 4. Reg. c. 20. Horæ autem sic dicuntur ab Hæro, idest Apolline, & Sole, qui

36 Horus Lingua Ægyptiaca appellatur, ut ex Macrobio notat Polidorus Virgil. De Inventorib. Res. lib. 2. cap. 5. addens, ab Hermete Trismegisto divinum fuisse diem in duodecim horas apud Græcos. At apud Romanos ex eod. Plinio lib. 8. c. 60. tardius introductum fuit usus horologii, & usque ad primum Punicum bellum apud illos vir unus deputatus erat, qui meridiem alta voce denuntiaret, eum videret ex umbra Solem insignifitse lineam meridianam. Verùm quia, si dies serenus non erat, scire non poterat, neque cognoscere meridiem, subdit Plinius ibid. Tunc Scipio Nasica, Collega Lenatis, primum aqua divorsè horas equè notium, ac diurnum, idque horologium sub tecto dicevit, anno Urbis quingentesimo, nonagesimo quinto. Igitur Romani per annos sexcentos circiter absque horologiis vixerunt;

38 deinde horologia aquea composituerunt, clepsydram appellata, quibus etiam in iudiciis utebantur, ne oratores verba facerent præter horam, ut nos facimus horologiis pulverariis, Hinc Plinius junior in Epist. ad Pompejum Falcon. ait de seipso: Absit mihi causis agendis, quæ deforme arbitrabar, ei qui jubere possent tacere quæcumque, silentium clepsydram indicit. Et iterum lib. 2. in Epist. ad Arrianum. Quia paucioribus clepsydram præcipitamus casus. Conferat ad hæc quodam Martialis Epigramma lib. 6. Epig. 39. de quodam Advocato Cæciliano, qui eum non haberet argumenta ad loquendum coram Judicibus usque ad finem clepsydre, petebat aquam ad bibendum, ut vocem refocillaret, prout tunc erat in usu; ad hoc ut interim aqua clepsydre fluens horam finiret, & iudices eum dimitterent. Sic enim ait Martialis.

Septem clepsydram magna tibi voce petentis, Arbitrè inivis Cæciliæ dedit. At tu multa diu dicis, vitrosque tepentem, De Sacrificio Missæ.

Ampullis potas semisupinus aquam. Ut tandem sates vocemque, istimque rogamus, Jam de Clepsydra Cæciliæ bibas.

His clepsydram, & aqueis horologiis suffecta sunt Horologia ex rotis, quorum ultra haberunt etiam Romani; nam de horologio æreo portatili loquitur Ulpianus ex sententia Papijani in l. Quæstion 12. §. Papijanus, & ff. de Fund. Instru. Obiit autem Papijanus Anno Christi 214. Spondanus ad eundem Annum n. 1. Sunt autem commodiora cum rotis, in quibus die, ac nocte habemus certam notitiam horarum tum ex pulsatione malleoli super Campana; tum ex indice in signis, numerisque appositis, horas demonstrante, non solum in privatis domibus; sed etiam super campanilibus, & Turribus, à quibus quamvis dies nebulosi sint, moneur de Solis cursu, & de quantitate horarum; quas Iusti dividunt in vigintiquatuor, initiumque earum sumunt ab occasu Solis; Germani vero, Hilpani, & Galli in duodecim secant; quod faciunt etiam Sineses. Martinus lib. 1. pag. 7. reasumens principium illarum à meridie, & à media nocte. Uter autem vis melior sit, & securior ex hac horarum sectione docti homines olim disputabant; inter quos eum adesse Emin. Cardinalis Bellarminus, interpellatus de sua opinione, lepidè respondit, videtur asserendum, minus securum esse horologium Italicum; dum in alio concordant nationes illæ, quæ in quocumque negotio sunt inter se discordes. Et hæc obiter de commodiorum horarum, quod nobis resultat ex Campanis juxta illa ditico Sarnelliani verba: Nota horas. Qui plura de horologiis desiderant, legant Angelum Roccha de Campanis cap. 3. & cap. 12. Hieron. Magium de Tutinab. c. 6. atque Panvin. Res. Memor. 10. 2. tit. 10.

Reliqua verba ejusdem ditico, de bello nubila, indicant virtutem, & energiam Campanarum contra tempestates, & fulmina, de quibus infra in quarto capite. Concino leta, significant communem læticiam populorum, quæ demonstratur in rebus prosperis, in victoriis, in electione Summi Pontificis, Antistitiis urbium, in nativitate Principum; & consimilibus lætis eventibus, in quibus solitum est, plausus facere sonitu, & tintinnu Campanarum. Ploro rogos, ultimo loco dicit, ad denotandum fidelium populorum laudabilem usum pulsandi Campanas, dum aliquis moritur, sive de Principibus, & Ecclesiasticis; sive etiam de Læicis, atque pauperibus, tum ad renovandam, in omnibus personis, memoriam mortis; tum ad excitandam uniuscujusque pietatem, & devotionem ad orandum pro defunctis; quod etiam hodie servari in Anglia, & Hollandia testatur Casalius d. cap. 43. pag. 191. Præterquam quod plorare rogos dici potest Campana, quando accenso igne in aliqua domo, jugiter pulsatur, ad convocandam gentem, quæ ignem extinguat, ut ait Jo. Andr. in cap. 1. num. 13. de Offic. Curial.

Tandem ad mysticam significationem Campanarum spectat etiam sonitus in crepusculo diei, in meridie, & in sero ad Anglicam Salutationem recitandam, in honorem Augustissimæ Virginis MARIE Matris Dei, de quo triplici sonitu agit Petrus Antonius Spinellus in Throno Deiparæ c. 20. n. 37. & Gobat in Quinario tract. 4. n. 598. ubi notat, pulsus matutini Auctorem fuisse Joannem XXII. sive etiam Urbanum II. Meridiani Calixtum III. & Gregorium IX. Vespertini autem Adriannum VI. qui recitantes orationem Angelus Domini &c. cum triplici Ave Maria, dum pulsatur signum Campanæ, concessit Indulgentiam plenariam; ut scribitur ex Theologis Rodriguez Q. Q. Regul. tom. 1. quest. 89. art. 12. Diana part. 4. tract. 4. resol. 24. quæ in Coordinato opere ejus est tom. 4. tract. 5. resol. 19. ubi docet, prædictam Indulgentiam acquiri etiam ab illam ignorantibus, si existentes in gratia Salutationem Anglicam prædictam ter devotè recitent, Le-

zana Verb. Indulgentia, n. 30. tom. 4. & Escobar in Summ. tr. 7. Exam. 5. n. 54. quos allegat, & eorum a sermone credibilem asserit Gobat. d. tr. 4. n. 500. usque ad n. 582. Quibus ego addo ex Canonibus Fagnanum in c. Cusos Ecclesie. n. 4. De officio Custodis. Certum est, quod S. Carolus Borromeus, ut scribit Jo: Petrus Justanus in ejus vita lib. 8. c. 2. pag. 358. Quando sentiva dare il segno dell' Ave Maria, s' inginocchiava subito a diria nel luogo dove si ritrovava, benchè fosse stato in mezzo del fango, come io stesso ho osservato; e quando era a cavallo, smontava per diria in ginocchio. Quod etiam practicum fuisse ab Emin. & Religiosissimo Domino meo Cardinali Gregorio Barbado Episcopo Patavino, testis oculatus sum ego per annos triginta, & ultra. Ac jure quidem; nam, ut scribit S. Antoninus 3. part. tit. 15. cap. 25. §. 2. Statuit Ecclesia singulis diebus pulsari ter Campanas Ecclesiarum de sero, & iterum de mane, & in meridie, ad quid? nisi ut honoraret Beatissima Virgo, & laudetur ex Salutatione Angelica. Immo Gobat d. tr. 4. Quarantii n. 593. allegat Theologos afferentes, ad instantiam Elisabeth Regine Hispaniarum concessam esse Indulgentiam plena riamotis, quoties, quis recitat sequentem orationem:

43 Ave Virgo gloriosa, Stella Sole clarior, Mater Dei gratiosa, fave mellis dulcior: Rubicunda plusquam Rosa; Lilio candidior; Omnis virtus Te decorat: omnis Sanctus Te honorat In Cælo sublimior. Amen.

Quo ad Tertium: Lagaliter differendo de Campanis, & Campanilibus notandæ sunt sequentes conclusiones.

Prima conclusio. Campanarum, & Campanilium ædificatio adeo spectat ad divinum cultum, & ad publicam utilitatem, ut si opus sit aliqua vicina domo ad Campanile ædificandum, possit cogi dominus illius ad illam vendendam; causa enim Religiosis spectat ad publicam utilitatem. Gaspar. Theaur. Quæst. Forens. lib. 1. q. 64. n. 6. Vincent. de Francis Decis. 223. n. 5. & 6. Maceraten. lib. 1. resol. 112. cas. 29. Genensis in Practicab. Eccl. q. 241. Joan. Marin. Novarius Q. D. Forensium. part. 2. q. 1. n. 6. & 11. Maranta Controv. Jur. part. 2. Resp. 22. n. 17. & Barbosa alios auctores, & rationes cumulans d. lib. 3. Voto CII. dub. 1. à n. 40. & seqq. ubi tamen num. 46. conclusionem limitat, si vicinus esset passurus magnum incommodum, puta quia ad fabricandum Campanile, opus esset scindere unam partem alicujus Palatii, vel domus amplæ, & formosæ; prout etiam si fenestræ illius Campanilii prospicerent interiora vicinæ domus, agi enim posset ad eas claudendas; vel si nimius sonus campanarum esset illis fenestris egrediens molestiam nimiam degentibus in vicina domo causaret; siquidem etiam in hoc casu essent claudendæ; ut ex Melchior. Phæb. Lusitano Decis. 73. part. 1. demonstrat idem Barbosa d. lib. 3. Voto 102. num. 53.

Secunda Conclusio. Campanæ autem non sunt collocandæ in Campanili, nisi prius ab Episcopo sint benedictæ, ut declarasse S. Rituum Congregat. die 5. Julii 1614. referunt Gavantus in Manuali Verb. Campanæ in addit. num. 1. & Barbosa Decis. Apostol. collect. 82. n. 2. & d. lib. 3. Voto 102. num. 36. & 37. ubi sic statuisse advertit S. Carolus Borromeus in Conc. Prov. 4. tit. de Campanis; quod scribit etiam Haymon Cortius. Epitome Concilior. ejusdem Sancti Jo: Chrysof. Homil. 26. in d. cap. 12. scribens: Per Angelum Satanae Alexandrum erarium, Hymenæum, Philetum, ac denique omnes, qui fidei doctrine adversabantur, &c. innotuit. Quamvis communiter Scripturistæ declarent vel de infirmitatibus corporis, vel de tentationibus impudicis, quas Satana ei suggererat, ut videre est in d. 2. Cor. 12. v. apud Trinum, Cornelium à Lapide, & alios.

in meridie, & in Vespere; ac prima hora noctis pro defunctis. Pro doctrina Christiana diebus festivis; & dum defertur Eucharistia ad ægros. Pro Antiphona, seu Litaniis B. M. Virginis recitandis in Sabbato sub Vespere ante crepusculum. Imminentibus procellis. In Festo Sancti, cujus Reliquia habetur. In visitatione Episcopi, & in morte tam Prælatorum, quam privatarum personarum juxta usum laudabilem Parochiæ, qui quidem sonitus Campanarum æquæ servantur etiam in hac Civitate, & Diœcesi Patavina; et si de eis non habeantur præcisa Decreta. Campanas autem benedicere non possunt Abbates nisi pro usu suarum Ecclesiarum; ut in puncto docet Maceraten. Var. res. 112. cas. 3. Barbosa d. Voto 102. n. 22. & Pignatellus tom. 3. consulti. 68. n. 8. quod ego quoque demonstravi supra Decis. XIII. à n. 21. & seqq. & Decis. XLII. n. 78. ubi Doctores hanc questionem tractantes, & ita tenentes adduxi; spectat enim hoc munus benedicendi Campanas ad Episcopum, à quo sunt servandi Ritus Sacri in Pontificali præscripti, qui quidem examinat Castaldus in Praxi Cæremon. lib. 2. sect. 12. cap. 5.

Tertia Conclusio. Etsi olim magna fuerit altercatio inter Religiosos mendicantes ex una, & Ecclesiæ saculares ex altera, circa numerum Campanarum, quas habere, & adhibere possent ipsi Regulares in suis Campanilibus; de qua scripserunt Oldradus cons. 228. & Albericus in suo dictionario Verb. Campana; & quamvis ad pacificandos eisdem Ecclesiasticos de hac re dissentientes Joannes Papa XXII. sanciverit, Regulares Mendicantes una tantum Campana contentos esse debere, ut legitur in Extrav. Unica. De Offic. Custod. Nihilominus consuetudo universalis derogavit eidem Extravaganti, quia ferè omnes Religiosi Mendicantes, quamvis strictioris vitæ (exceptis PP. Capuccinis) plures habent Campanas, ut ubique videmus; quam consuetudinem non esse improbandam, dicunt Angelus Roccha de Campanis tr. 26. Durantes, & alii allegati à Barbosa d. Voto 102. num. 62. & num. 74. ac 75. ubi advertit, quod si de præsentibus Regulares vellet augere numerum Campanarum in suis Campanilibus, possent à vicinis, & ab aliis molestiam timentibus prohiberi; non obstante prædicta consuetudine, quæ licet valeat in Campanis pluribus juxta solitum; non est extendenda ad majorem numerum; quia consuetudo tantum habet in potentia, ut est axioma apud Juristas, quantum habet in actu l. 1. §. Julianus, ff. De itinere, & aliis priv. Menochius de retinenda possess. remed. 5. num. 57. & quod Sacra Congregatio de Episc. & Regular. sæpe prohibuit Regularebus imponere in Turri Campanaria novam, & majorem Campanam, & jam impositam amoveri, ne turbaret Mōiales vicinas, testatur Pignatellus tom. 5. consulti. 54. n. 7. videlicet in una Augustiniana. 21. Januarii 1642. & aliis vicibus; ea ratione, quia immoedus Campanarum sonitus prohiberi potest, Alciatus lib. 8. Parerg. cap. 11. Gratian. Discept. forens. cap. 186. n. 16. & 18. Barbosa d. lib. 3. Voto 102. n. 85. quemadmodum expelli potest faber, & malleator, qui obstrepsit impedit, ne student Doctor, vel Scholarius vicinus, Menochius de Arbitrar. casu 237. Barbosa d. Voto 102. num. 82. 83. 84. ubi notat, de hac fabri ærarii importunitate intellexisse Apostolum, in illis verbis 1. Cor. 12. 7. Datus est mihi simulacrum carnis mee, Angelus Satanae, ut me colaphizet. Quæ verba explicat S. Jo: Chrysof. Homil. 26. in d. cap. 12. scribens: Per Angelum Satanae Alexandrum erarium, Hymenæum, Philetum, ac denique omnes, qui fidei doctrine adversabantur, &c. innotuit. Quamvis communiter Scripturistæ declarent vel de infirmitatibus corporis, vel de tentationibus impudicis, quas Satana ei suggererat, ut videre est in d. 2. Cor. 12. v. apud Trinum, Cornelium à Lapide, & alios.

Quarta

Quarta Conclusio. Pulsare Campanas, inspecto jure antiquo, spectat ad Sacerdotes; quia sicut in veteri Testamento Deus præceperat, ut Sacerdotes filii Aaron tubis clangerent ad convocandam multitudinem; ita hic apud ad Sacerdotes novi testamenti transiit, & ritus illos diu in Ecclesia permansit, deinde fuit ostiarii junctus; ut scribit Eminent. Cardin. Bona Rep. Liturgic. d. lib. 1. cap. 22. num. 7. adducens exemplum S. Benedicti, qui in Regula cap. 47. hoc munus nuntiandi horam laudandi Deum Abbatibus imponit; & de eo ait Amalarius lib. 3. cap. 1. quod Sacerdotes hoc officium non debent fugere; & in Capitulari Caroli Magni lib. 6. cap. 168. statuitur, ut Sacerdotes signa tangant horis Canonicis. Idcirco Ordo Romanus, & antiqua Ritualia, itemque Concilium 4. Carthaginense materiam Ostiariatus in sola clavium traditione constituit, nulla habita mentione pulsationis Campanæ, quæ nunc adhibetur, dum ostiarii ordinantur; quia officium pulsandi Campanas jussus motus est translatus in ostiarios, quos decet cotta indutos illud exercere, tanquam rem Sacram, & pertinentem ad munus sui ordinis; prout decretum fuit in Concilio Colonien. part. 3. cap. 31. & in Conc. Mediolanen. S. Caroli, teste Sarnelio in Basilicograph. d. cap. 50. num. 27. & Magrio in Hierolexic. d. verb. Campana col. 4. infra. Sicut enim Ostiarius aperiendo januas Ecclesiæ introducit fideles in illam, idem facit convocando ad divina officia populum pulsatione Campanarum. Quod si quis petat, quomodo Ecclesia, quæ usque ad Concilium IV. Carthaginense, & aliquibus sæculis subsequentiibus pro materia ostiariatus adhibebat solam traditionem clavium, poterit hanc mutationem postea facere, addendo traditionem tintinnabuli, vel funis Campanarum? Respondetur, Christum Dominum in hoc Ordinis Sacramento non ad omnes Ordines designasse specificam materiam, sed eam tantum in genere, quæ haberet potestatis illius ordinis significationem; unde non est incongruum, quod Ecclesia possit vel aliam materiam priori addere, ut in ostiariatu; vel etiam primam mutare, & aliam magis expressivam substituere, ut dissevit Eminent. Cardin. de Lauræa de Sacramento Ordinis; nempe in 4. sentent. tom. 4. disp. 5. art. 2. num. 48. & 49.

Quo vero ad modum, & tempus pulsandi Campanas, usus uniuscujusque Ecclesiæ est servandus; non enim in jure habetur prohibitio, seu limitatio, nisi in duobus casibus; primus est tempore Interdicti, in quo prohibitum est sonare Campanas. Covarruvias in cap. Alma Mater par. 2. §. 4. n. 5. Vers. 13. Sayrus de Censuris lib. 5. cap. 5. & Suarez eod. tractatu tom. 5. disp. 34. sect. 1. à n. 15. nisi ad salutationem Angelicam in mane, meridie, & sero, ut notat Angelus Roccha de Campanis cap. 25. pag. 151. & Barbosa d. lib. 3. Voto 102. num. 34. & 35. ex doctrina ejusdem Suarezii, qui d. sect. 1. tenet, pulsationem Campanarum vitam esse in signis institutis ad convocandum populum ad divina officia; non etiam in aliis, qualia sunt pulsatio horarum; monitio ad laboreria, & ad judicia, & his similia. Alter casus est in Sabbato Sancto; in quo nulli licet pulsare Campanas ante illas Ecclesiæ Cathedralis in Civitate; vel Matricis in pagis, & Villis, ex Concilio Lateranensi (sub Leone X. celebrato anno 1513.) §. 11. in quo fuit statutum: Quod tam ipsi Fratres (Regulares) quam ipsi Clerici Seculares, etiam super hoc Apostolica Sedis privilegio muniti, die Sabbati Sancti majoris hebdomadæ, antequam Campana Cathedralis, seu Matricis Ecclesiæ pulsaverit, Campanas in Ecclesiis suis pulsare minime possint. Contravenientes poenam centum ducatorum incurrant. Et juxta hoc decretum pluries respondit Sacra Rituum Congregatio, referente Barbosa in Decis. Apostol. collect. 82. num. 3. & de eo tractant Frances de Eccles. Cathedr. cap. 24. num. 18. & Pignatellus tom. 9. consulti. 108. nu. 8. & concordat

Rubrica Cæremonialis Episcoporum sub Clemente VIII. publicati, ubi lib. 2. cap. 27. dicitur de Sabbato Sancto: Cantatur Gloria in excelsis, pulsanturque Campanæ, & Organum: debentque moneri Ecclesiæ Civitatis, ne pulsant Campanas, nisi audio Signo Campanarum Ecclesiæ Cathedralis. Quæ quidem verba habent vim legis, ut ait Rota in Calagurritana Juris 56 pulsandi Campanas 11. Martii 1619. coram Duronetto, quam ponit Tamburinus de Jure Abbatum tom. 3. Decis. 37. in qua advertitur, per illam non tolli consuetudinem immemorabilem contrariam; qua stante possent aliæ Ecclesiæ inferiores pulsare suas Campanas in Sabbato Sancto ante illas Ecclesiæ Cathedralis, vel Matricis. Sed tota difficultas consistit in probanda consuetudine immemorabili; quæ debet fieri cum omnibus requisitis positus in Glossa in c. 1. De Prescript. in 6. quibus concurrentibus, justificataque consuetudine immemorabili, liberum erit pulsare Campanas in Sabbato Sancto; ut decidit Rota coram Merlino in eadem causa die 9. Aprilis 1624. quæ apud Tamburinum d. tom. 3. est Decis. 38.

His casibus exceptis quælibet Ecclesiæ post pro libito Campanas pulsare; neque ab alia potest impediri; nam ridicula æstimata fuit illi illa olim mota in Curia Romana, quæ diu viguit inter Fratres Humiliatos, ac alios Monachos cum multis expensis; scilicet quis primò deberet pulsare Campanas ad matutinum? In qua finaliter terminatum fuit, quod qui primò surgeret, primò pulsaret; ut referunt Albericus in Dictionar. Verb. Campana. Et Barbosa d. lib. 3. Tot. 102. num. 60.

Tandem ne aliquid, quod legaliter dici potest de Campanis, omitamus; Quinta fit conclusio. Expensas pro emendis, & reficiendis Campanis, ubi non sint redditus annui pro fabrica, esse faciendas juxta solitum, & ad præscriptam consuetudinem; qua non extante dicendum est in puncto Juris, Parochum teneri ad emptionem, & refecionem unius tantum Campanæ. Surdus cons. 62. n. 5. Genueus in Practicabil. Eccles. qu. 249. n. 6. & Tondut Resol. benefic. part. 3. cap. 133. num. 4. & 5. ea ratione, quia unica Campana sufficit Parochis, & Clericis, ut munus suum adimpleant in convocando populo ad divina; immò testatur Casalius de Veter. Sacr. Christ. Ritib. d. cap. 43. vers. Et Ven. Beda pag. 191. se vidisse, & observasse, quod in Regno Angliæ, & in Hollandia una tantum Campana habetur in qualibet Parochia, & non plures. Idcirco, quia pluralitas Campanarum principaliter concernit utilitatem Parochianorum, quarum sonitu fugantur tempestates, & terrentur demones, illas excitantes; & respectu ipsarum Campanarum, una excepta, de jure spectat ad populum; prout etiam solutio Salarii, quod datur viro deputato ad pulsandas Campanas; ut docet advertit idem Tondut d. part. 3. cap. 133. num. 1.

Ultima conclusio legalis est: Quod in Oratoriis privatæ, existentibus vel in domibus laicorum, vel in grangiis, aut Conventibus Regularium, non possunt erigi Campanilla cum Campanis; quia hoc est per expressum in Jure canonico prohibitum per textum in cap. Patentibus 10. & ita Barbosa & alii de Privileg. Letana in Summa tom. 6. Ad Privileg. Carmelitaram, n. 186. Diana par. 6. trad. 1. resol. 1. Quæ in Coordinato est tom. 9. trad. 1. res. 6. Nicolius in Lucubrationib. Canon. lib. 5. tit. 33. sub n. 7. ampl. 3. Biffus in Hierurgia tom. 1. verb. Campana §. 5. & Tondut Resol. benefic. part. 1. cap. 25. num. 14. Et hujus prohibitionis evidens est ratio; siquidem inventæ sunt Turres sacre, & in eis sunt positæ Campanæ ad effectum convocandi populum ad divina officia, & ad sacrificandum Missæ Sacrificium audiendum. Sed hæc convocatio ad Oratoria privata non est licita; quia in illis neque divina officia, neque Sacrosanctum Sacrificium Missæ celebrantur, nisi aliquando ex Privilegio Apostolico pro personis

sonis nobilibus tantum; aut Religiosis commorantibus in istem domibus, seu grangiis, in quibus sunt ipsa Oratoria privata. Igitur Campanæ non sunt in eis ponendæ, seu erigendæ; quod aded prohibuit censis debet, ut neque Episcopus possit dare licentiam pro ipsis Campanis in Oratorio privato ad publicam pulsationem erigendis; cum Episcopus non valeat agere contra Sacros Canones, ut docent Barbofa de Episc. allegat. 33. n. 16. & seqq. Jordanus tom. 2. lib. 9. tit. 1. n. 68. & Fagnanus in cap. Canonum statuta n. 121. De Constitut. nec non in cap. Dilectus an. 2. usque ad nu. 22. De Temporib. Ordinat.

Quo ad Quartum caput Decisionis hujus, in quo de Campanis supernaturaliter est agendum; lubet referre plura exempla virtutum supernaturalium, quæ prodire, & in diem prodeunt ex Campanarum benedictarum sonitu. Primò pulsatio Campanarum terret demones, & eos in fugam convertit. Lepida est historia, quam ex Petro Abbate Cluniacense refert Delrius Disquisit. Magic. lib. 6. cap. 2. sect. 3. in fine, nec non Guacius in Compendio Maleficar. lib. 3. tit. De Sonitu Campanar. diabolom tenta se novitium, ut discederet à Monasterio, & secum abiret; cumque multis blanditiis ad fugam hortaretur, Superior Monasterii Campanulam pulsavit; cujus sono perterritus diabolus ecurrit, ut se absconderet, & in latrinis proximas se coniecit. Subdit autem Delrius ubi supra: Quotidie fatentur malefica; & quando à demone ad contentus feruntur, signum campana audientur; confestim demones ipsarum basulos spurcum onus in solum dejicere, & supra trepidos dilabi. In hujus rei confirmationem narrat lib. 2. quest. 16. Vers. Probatur etiam, pag. 130. ex Paulo Grillando lib. 2. de Sortileg. q. 7. Anno 1524. mulierem maleficam, nomine Lactetiam dum ex congregatione laborum à demone deportaretur domum, audito Campanarum pulsu, statim à prædicto vectore projectam, & relictam fuisse propè fluvium in agro spinis obfuso; ubi facta mane reperta fuit nuda à juvene inde transeunte. Secundò pulsatio Campanarum impedit ingruentes tempestates, fugatque & aliò depellit. Testimonia plura habentur de hac supernaturali virtute Campanarum relata à Scriptoris Ecclesiasticis, & cum data per Bagattam de Admirandis Orbis Christian. tom. 1. lib. 3. cap. 2. Append. 1. inter quæ notantur Campanæ B. Raymundi Abbatis Titerii; S. Dominici Abbatis juxta Soram; S. Genovefæ Parisiis; S. Petri Cælestini Aquilæ in Aprutio, B. Bennonis Misnensis Episcopi; S. Francisci de Paula in Cœnobio Mylæ transfretum Sicilia; S. Turibii Limenfis Archiepiscopi; & inter cæteras mirabiles sunt Nolulæ duæ sanctæ domus Lauretanæ, quæ in ea erant appensæ, quando à Cælestibus Spiritibus illa Sacra Nazarethana ædícula fuit Lauretum portata; quoties enim oboritur tempestas, aut turbo cœlum miscet horrifonis fragoribus, statim ac ab æditibus pulsantur, illic nimbos compescunt; & undique ferent aer. Tertio Campanæ de per se sæpè sonuerunt, nullo hominum eas trahente, ut servi Dei honorarentur; quod constat exemplis relatis ab eodem Bagatta d. tom. 1. lib. 5. cap. 4. §. 2. inter quæ illud ex Ughello in Italia Sacra tom. 4. quod ingrediente Romam, ad sacrorum liminum visitationem, S. Columbanus Abbate, tempore S. Gregorii Magni, omnes Campanæ Ecclesiarum Romæ, nemine tangente sonaverunt. Idem prodigium ex Torello in Hist. Augustin. anno 706. dum Sancta Pega Romam devotionis causa intraret. Quotiescumque B. Gundisalvus Abbas Monasterium suum intrabat, ultrò pulsabat Campanæ; prout etiam quodcumque S. Bernardus Episcopus Viquensis revertetur in suum Episcopium; & de his plura apud Bagattam d. §. 2. Quartò non solum Servis Dei viventibus honorem hunc Campanæ, de se sonantes impenderunt; sed frequenter istdem defunctis: hinc in translatione cor-

porum S. Martini Turonensis Episcopi; S. Isidori Agricole, S. Romualdi Abbatis, & plurium aliorum supernaturaliter visæ sunt Campanæ de per se sonare, ut d. §. 2. à num. 3. §. 10. Et seqq. ex Historiis Ecclesiasticis ipse Bagatta demonstrat. Quintò, sed non minoris prodigii sunt, quæ narrantur de Campana in conventu PP. Prædicatorum Salerni in Sicilia, quæ de se sonat, cum brevi aliquis religiosus ibi est moriturus, ut narrat Masinus in Schola Christi. cap. 43. pag. 396. & confirmat Antistes Sarnellius in Basilicograph. d. cap. 50. n. 29. subdens prædictam Campanam vocari Campanam S. Thomæ de Aquino. Similes sonitus supernaturales denuntiantes proximum obitum Monialium, vel Abbatissæ haberi in Monasterio Bodkenfi; & in alio Isthæ, testatur idem Masinus ibidem; atque Menochius in Storeis part. 2. centur. 6. c. 42. His similia cumulat Bagatta d. lib. 5. cap. 4. in Appendice. Et tom. 2. lib. 6. cap. 1. Append. 1. num. 15. Et 16. Sextò ad implorandam opem orationum pro periclitantibus in mare, imminente naufragio; sonat de per se Campana Collegialis Ecclesiæ S. Amatoris Christi discipuli, in Arce dicta S. Amatoris in Gallia; referente eodem Sarnelio in Basilicograph. d. cap. 50. n. 30. & Magrio in Hierolexic. verb. Campana, col. 5. in fine; ubi subdit, quod in dicta Arce custoditur, & conservatur famosus ensis Orlandi, appellatus Durlindana. Scribit quoque Leonardus Vairus lib. 2. de Fascino, cap. 14. quem refert Menochius in Stor. centur. 6. cap. 42. quod in Hispania in Celtiberia oppido Villila Campana est, quam vocant incolæ Campanam miraculorum, hæc per aliquot menses priusquam Respublica Christiana aliquid adversè patiatur, ex se ipsa, nemine pulsante, sonare solet; quod ex aliis auctoribus indicat etiam Magrius d. verb. Campana col. 5. & Barbofa d. lib. 3. Voto 102. n. 27. nec non Bagatta d. tom. 1. lib. 5. c. 4. in Appendice num. 7. ubi de eadem Campana subdit, quod de se sola insonuit anno 1527. cum acciderit direptio, seu depopulatio Romæ tempore Clementis VII. Sic antequam in eodem Regno Cesar Augustano anno 1564. subiretur vehemensissima pestilentia. Itidem ea insonante anno 1601. 13. Junii usque ad 30. diem ejusdem mensis, interpolatis temporibus, varii eventus in diversis mundi partibus evenere. Item sonum spontè edidit pridè, quam capti essent Aragonie Reges; & iterum sonavit quo tempore composito Mediolani fœdere, Aragonius in libertatem est restitutus. Diciturque tandem insonuisse hæc campana proprio motu, dum Carolus V. Imperator, & Regina Anna uxor filii ejus Philippus mortem obierunt. Plura de his apud eundem Auctorem.

Corollarium loco non est omittenda notitia duarum Campanarum immensæ, ut ita dicam, molis, ac magnitudinis. Una est, quæ à P. Athanasio Kircherò in sua Musurgia fol. 522. vocatur omnium Campanarum Regina, scilicet Campana Erfordiensis, quam etiam dicit, non solum Germaniæ, sed totius mundi maximam. (Est autem Erfordia, vulgò Erfurd, urbs ampla, & munita Germaniæ ad fluvium Seram, olim sui penè juris, sed ab Electore Moguntino vindicata, ipsi subest ab anno 1644.) In hac itaque urbe est prædicta maxima Campana ærea, cujus altitudo est octo cubitorum; Diameter septem; Peripheria cubitorum viginti sex. Grassities digitorum sex cum dimidio; pondus autem librarum vigintiquinque millium quadringentarum. Altera est Campana plus quam maxima Pekinensis. (Peking, seu Pechinum, aut Pequium, est urbs amplissima, Imperii Sinarum caput, innumere referta incolis, quæ nunc subest dominio Tartarorum.) De hac Campana extat Epistola P. Ferdinandi Verbiist ex Pequino ad P. Gruborum data in Singansu anno 1663. & impressa in China illustrata (erudit scilicet libro ejusdem P. Athanasii Kircherii,

60

61

62

63

64

65

66

67

68

69

70

71

72

73

74

75

76

77

78

79

80

cherii, typis publicato Amstelodami anno 1667. cum figuris plurimis hominum, litterarum, vestium, & aliarum, multiplicium rerum Sinesium) in quo part. 5. in fine pag. 244. ponuntur effigies atrilicæ Campanæ Erfordiensis, & Pekinensis. Hæc autem superat in magnitudine Erfordiensem, quamvis ab illa superetur in pulchritudine. Itaque Campanæ Pekinensis pondus est librarum centum vigintimillium. Ejus altitudo est duodecim cubitorum. Diameter orificii, sive basis decem cubitorum. Grossities corporis campanæ novem digitum. Peripheria exterior trigintanovem cubitorum. Cubitus autem Sinicus dividitur in decem digitos, quorum novem æquivalent pedi nostro geometrico; aded ut prædicta Campana in altitudine sit ultra tresdecim pedes nostræ cum dimidio. Quàm utilis, & delectabilis est Lectio Historiarum! Et hæc sufficiunt de Campanis, & Campanilibus prornatu Ecclesiarum, & pro convocandis fidelibus ad Sacrosanctum Missæ Sacrificium.

DECISIO XLVI.

ARGUMENTUM.

Quia non licet Sacrificium Missæ peragere in Ecclesia profanata, violata, seu polluta: agitur de Ecclesiarum profanatione, violatione, & pollutione. Docetur, quid sit Pollutio Ecclesiæ. Quæ loca sint pollutionis capacia? Quæ actiones Ecclesiam polluant? & late deservit de homicidio facto in Ecclesia, de effusione sanguinis, & semini humani, & de sepultura infidelium, atque excommunicatorum. Declarantur effectus pollutionis, & quæ functiones sint prohibite in Ecclesia polluta? Reconciliare Ecclesiam pollutas quis possit? Quidquid disputant DD. de Ecclesiis pollutis, hic reconditur; additis historiis, & eruditionibus multis.

SUMMARIUM.

- 1 Missæ Sacrificium non offerendum in Ecclesia violata.
- 2 Ecclesia quot modis violatur?
- 3 Profanatio Ecclesiæ quæ, & quotuplex sit?
- 4 Excommunicatio Papæ reservata contra fratræores Ecclesiarum.
- 5 Sententiæ in Ecclesia dari non possunt.
- 6 Actiones quæ licite sunt in Ecclesia, & quæ non? Congregationes, & Capitula artificum non sunt faciendæ in Ecclesia.
- 7 Laudi theatralis, & saltationes in Ecclesia prohibite.
- 8 Profanare Ecclesias quando liceat?
- 9 Præpositura SS. Trinitatis de Padua quando diruta Ecclesia.
- 10 Villa Turris, & Altiherii Rædiores cur exigant annuam Pensionem Duc. 24. à Præpositura SS. Trinitatis?
- 11 Moniales Eremitæ de Padua translate de Pontecurvo ad locum in Vantio.
- 12 Ecclesiæ profanata ligna, & lapides cui applicandi?
- 13 Execratio Ecclesiæ quid sit? & quomodo fiat?
- 14 Benedictionis Ecclesiæ, & Consecrationis differentia.
- 15 Pollutione quomodo profanatur Ecclesia?
- 16 Pollutio Ecclesiæ quid sit?
- 17 Macula moralis cur appellatur Pollutio Ecclesiæ?
- 18 Oratoria privata num polluitur? & n. 34.
- 19 Publica injuriosa actio polluit Ecclesiam, non occulta.
- 20 Publicum quid dicitur sex modis.
- 21 Publicum sit tripliciter.
- 22 Notorium quid sit? & Quotuplex?

- 24 Notorium quot personarum notitiam requirat?
- 25 Manifestum quid sit?
- 26 Famofum quid sit?
- 27 Occulta quando dicitur pollutio Ecclesiæ?
- 28 Pollutio Ecclesiæ à quo Jure sit introducenda?
- 29 Tabernaculum, & Templum Hebræorum quoties pollutum?
- 30 Effectus pollutionis loci Sacri qui sunt?
- 31 Differentia inter Censuras, & Pollutionem Ecclesiæ.
- 32 Loca Sacra capacia pollutionis, quæ, & quot sint?
- 33 Cæmeterium quando polluitur ex pollutione Ecclesiæ?
- 34 Oratoria est privata, in quibus litatur, sunt capacia pollutionis.
- 35 Pollutio Ecclesiæ an sit, si fiat in capellis, aliisve locis contiguis, & unitis Ecclesiæ?
- 36 Sacrificia polluta, an polluantur Ecclesiæ?
- 37 Pollutionis lex an sit odiosa, vel favorabilis?
- 38 Lex penalit quando late interpretetur? Et dicitur favorabilis?
- 39 Eucharistia olim servabatur in Sacrificia.
- 40 Paschophorium quid sit?
- 41 Sacrificia est locus Sacre, & pars integralis Ecclesiæ; capax pollutionis Ecclesiasticæ?
- 42 Pollutio Ecclesiæ ex quibus actionibus fiat?
- 43 Publicitas requiritur actionum pollutivarum loci Sacri.
- 44 Homicidium quoquomodo commissum in Ecclesia eam polluit?
- 45 Glosse opinio presertim opinionis aliorum Doctorum.
- 46 Valus illatum extra Ecclesiam vel in ostio Ecclesiæ an polluat illam?
- 47 Homicidium inculpabile non polluit Ecclesiam.
- 48 Dubius pollutionis Ecclesiæ casus decidendus arbitrio Episcopi.
- 49 Homicidium cum moderamine inculpate tutelæ in Ecclesia an eam polluat?
- 50 Homicidium in Ecclesia ex sententia Judicis illam violat.
- 51 Homicidium in Ecclesia ad defensionem bonorum, vel honoris utrum illam polluat?
- 52 Occiso Martyri in Ecclesia eam polluit?
- 53 Sanguinis modica effusio in Ecclesia An causat pollutionem?
- 54 Sanguis à naso percusso an polluat Ecclesiam?
- 55 Semen humanum effusum in Ecclesia quando eam polluat?
- 56 Copula carnalis prohibita in Templis etiam ab infidelibus.
- 57 Coitum exercitium in Ecclesia puniturum à Deo exemplum.
- 58 Sepultura infidelis, aut excommunicati in Ecclesia eam polluit.
- 59 Puer non baptizatus à parentibus Christianis sepultus in Ecclesia an illam polluat?
- 60 Excommunicatorum cadavera divinitus ejecta à sepulchris.
- 61 Ecclesia consecrata ab Episcopo hæretico an sit polluta?
- 62 Missæ non possit celebrari in Ecclesia polluta.
- 63 Hæc Canonica non recitantur in Ecclesia violata; neque Sacramenta administrantur, excepto Baptismo, Penitentia, & Viatico.
- 64 Prædicationes, benedictiones, aliæque publicæ functiones an in Ecclesia polluta sint faciendæ?
- 65 Sepeliendi non sunt fideles in Ecclesia, pollutione ejus durante. Et num clerici, & religiosi?
- 66 Pollutionem Ecclesiæ non servantes quas penas incurrant?
- 67 Reconciliatio Ecclesiæ tollit pollutionem ejus. Et à quo faciendâ?
- 68 Regulares an reconciliare possunt suas Ecclesias pollutas?